suam & sequatur me non est me dignus:
Qui inuenit animam suam perdet
illam & qui perdiderit animam
suam propter me inueniet eam :
Qui recipit uos me recipit & qui
me recipit recipit eum qui me missit:
Qui recipit prophetam in nomine
profetae mercedem profetae
accipiet & qui recipit iustum in nomine
iusti mercedem iusti accipiet :
Quicumque potum dederit uni
e minimis istis calicem aquae fri
gidae tantum in nomine discipuli amen
dico uobis non perdet mercedem suam:
Et factum est cum consummasset
ihs uerba haec praecipiens duo
decim discipulis suis transit inde ut